



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

Markgraf Otto II. bestätigt dem Kloster Lehnin die demselben von seinem Vater Otto I. gewährte Ausstattung und vermehrt dieselbe durch neue Besitzungen und Rechte, im Jahre 1193.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Noch ein vorzeichnuss, was er vnd Andres Maler anno XLVII zu Lenin  
im Closter empfangen.

Ich Joachim Kerstens vnd Andres Maler haben empfangen im Closter Lenin von wegen vnfers genedigsten herrn etliche Tafeln, also ein Crucifix geschnitten vnd eine Tafel, dorin ein Marienbildt, ock geschnitten, Darneben ein gemalte Taffel mit einem Marienbilde in der Summen vnd ock ein Tafel, gemalt mitt einem Crucifix vnd ock einen kleinen Saluatorem. Anno domini etc. XLVII.

Aus dem Lehniner Amtsbuche der Regierungs-Registratur zu Potsdam.

Nachtrag.

Wir wiederholen hier nachträglich noch einmal die oben unter No. V, S. 183. 184, No. XV, S. 189 und No. LXV, S. 213 mitgetheilten Urkunden, nach Ueberschriften berichtigt und vervollständigt, die uns erst während des Druckes gekommen sind.

Markgraf Otto II. bestätigt dem Kloster Lehnin die demselben von seinem Vater Otto I. gewährte Ausstattung und vermehrt dieselbe durch neue Besitzungen und Rechte, im Jahre 1193.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego secundus Otto, marchio in brandenburg, a patre meo rationabiliter collata beate dei genitrici Marie in Lenin stipendiis ibidem deo militantium profutura, sigilli mei impressione confirmo. Memini enim et meminisse iuuat elemosinarum largitione potiore animabus redimendi effectum conferri; felicissimo itaque patris mei pie recordationis exemplo salutis mee non inmemor aliqua de patrimonio nostro, prehabito coheredum meorum consensu, elemosine iam dicti patris mei superaddidi, que feries infra posita competenter et distincte prosequetur. Contulerat etenim primus Otto, pater meus deodesseruituris ipsum fundum, in quo situm est ipsum cenobium Lenin, et omnem prouentum aquarum ab ortu earundem usque ad molendinum namiz. Protenduntur etiam termini eiusdem claustri uersus aquilonem usque ad uiam, que ducit de namiz ad colpin, quod et ipsum colpin, minus uidelicet stagnum, uisibus fratrum equaliter deseruit. Contulerat insuper Goriz cum omnibus attinentiis stagno non excepto, Radele cum stagno adiacente et uniuersis aliis attinentibus, uillam cistecal et uillam zvine cum omnibus, que eisdem uillis attinent, uillam, que dicitur windischtornov cum omnibus attinentiis, Duas quoque partes uille Gotiz cum omnibus, que eisdem duabus partibus attinent, Pratum adiacens uille detiz et pratum adiacens uille wida, et quinque wincepel salis in theloneo brandenburgensi. Mea uero et coheredum meorum liberalitate collata sunt hec: Michilstorp, Tegdastorp cum uniuersis terminis, Alodium, quod uulgo Eken dicitur, cum uinea, pratis et filuis attinentibus, Decem wincepel ordei in deciz. Uerum quia diuinis obsequiis vacantibus non tantum temporalium exhibitione quantum sue et suorum ministrorum libertati consulendum est, omnibus antedictis non minima hec adicienda duximus, ut uniuersi termini eiusdem cenobii lenin uidelicet hac gaudeant immunitate, ne aliquis iudicum, aduocatorum uel bedellorum nostrorum ausu sacrilego ea que ubicunque eiusdem cenobii sunt presumat inquietare ita ut etiam uillici et uillani eo-

rum ab omnibus exactionibus et obsequiis, que borgdienst dicuntur, sed et uniuersis uexationibus penitus sint exempti. Statuimus preterea, ut monachi et conuerſi, sed etiam familia eorundem a theloneorum pensione per uniuersos fines nostros totaliter excludantur, ut ecclesiasticis expeditus uacent institutis. Ut autem hec nostra confirmatio stabilis et inconuulsa permaneat, hiis testibus eam corroborauimus, quorum nomina sunt hec Dominus Iudolfus Maghburgensis archiepiscopus, Dominus norbertus brandenburgensis episcopus, Winricus capellanus, Borchardus capellanus, Bernhardus dux, Sifridus burchgrafius et Bedericus frater eius, Richardus de alleue et fratres eius Henricus et Gumpertus, Johannes de Plote, Heidenricus de Borg et Conradus frater eius, Theodoricus de Ieele, Bartholomeus de chare, Otto de brandenburg et filii eius Conradus et Heidenricus, Hinricus dapifer, Iudolfus pincerna, Hildebrandus de Brandenburg et frater eius et alii quam plures, quos sigillatim nominare uetat prolixitas. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CXCH<sup>o</sup>. Indictione XI, Regnante Heinrico romanorum Imperatore glorioso.

Aus einem im Geh. Staats-Archive aufbewahrten Transsumte, welchen der Baccalaureus Bartholomeus Louwe, Altarist in Berch, auf Autorisation des Bischofs Stephan von Brandenburg, auf Antrag des Abtes Johann von Lehnin, im Jahre 1442 von dieser Urkunde anfertigen und durch den kaiserlichen Notar Theoderich Obendorf videmiren ließ.

Markgraf Otto II. bestätigt dem Kloster Lehnin die Schenkungen seines Vaters und fügt diesen die seinigen hinzu, im Jahre 1205.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Secundus Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio. Memini enim et meminisse iuuat, elemosinarum largicionem potiozem animabus redimendis effectum conferre. Ea propter a patre meo rationabiliter collata beate dei genitrici marie in lenyn et monachis Cytercienſis ordinis, ibidem deo famulantibus, Addendo ea, que in consequentibus plenius exponentur, sigilli mei impressione confirmo. Contulerat etenim primus Otto, pater meus, consensu heredum suorum, Christo militaturis ipsum fundum, in quo situm est ipsum cenobium lenyn; et omnem prouentum aquarum ab ortu earundem usque ad molendinum noumiz. Protenduntur ergo termini ejusdem clauſtri, versus aquilonem usque ad uiam, que ducit de Noumiz ad colpyn, quod et ipsam colpyn minus uidelicet stagnum, usibus fratrum integraliter deseruit. Contulerat insuper Gorisg cum omnibus attinentiis, stagno non excepto: Radele cum stagno adjacente et uniuersis aliis attinentibus; uillam cistecal et uillam zwine cum attinentiis suis; Uillam, que dicitur wendischen tornowe cum omnibus attinentiis uidelicet agris et silua, que uulgo hauerbruch dicitur, usque ad riuum plane, que ipsam siluam interfluit; duas quoque partes uille Gotiz cum omnibus appendiciis; Pratum adjacens uille Decist, et pratum adjacens uille wyda et quinque winscepel salis in theloneo brandenburg. Mea uero et coheredum meorum liberalitate collata sunt haec: Michilstorpp et Tegdaſtorpp cum uniuersis terminis; Decist cum adjacentiis suis, scilicet agris et aqua obule, in quantum terminos ejusdem uille tetigerit, Priscere cum omnibus, que attinent, et tribus tractibus sagine in Stagno Zwilowe; Welsnewode cum terminis suis; Noumiz cum pertinentiis suis et quinque tractibus sagine in stagno ex inferiori parte uille adjacente, sed et molendinum in eadem uilla cum omni utilitatis prouentu; Wachowe cum